



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Medicus & Chirurgus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

566 MEDICVS ET CHIR.

quando facetur verum, quod iura p̄cipit  
exprimi. ibid.

Item post Trid. in contrahendis matri-  
moniis, vel nulla omnia datur dispensatio,  
vel raro, idque ex causa, & gratis. num. 87.

Ad dispensandum in quarto gradu tres  
causæ sunt iustæ iuxta stylum Curia. I. Si-  
licet defectus dotis competentis etiam ad  
contrahendum cum poscente se: nec requi-  
ritur defectus dotis competentis ad contra-  
hendū cum sibi æquali. II. Extinctio ma-  
gnæ litis. III. Quod maior pars sibi æ-  
qualium suæ ciuitatis sunt consanguinei,  
vel affines. num. 87.

---

MEDICVS ET CHI-

do ex mali ratione: rurgus.

P Eccat mort. absque sufficienti scientia  
medicans cum obligatione restituendi.  
cap. 25. num. 60. Item qui adhibet medica-  
menta morbo, antequam eum cognoscat, &  
qui facit, ut infirmus plura medicamenta  
accipiat, quam opus est, ob conuentionem  
factam inter eum, & pharmacopolem, & te-  
netur restituere. num. 64.

B Peccat mort. qui non vult mederi paupe-  
ri ægroto, & qui non medetur diuini in ex-  
tremis

tremis constituto, & ob avaritiam nolenti solvere medico, cum possit postea exigere suum stipendium. & qui detrahit aliis medicis, ne ipso præternisso, illi vocentur ad curationem. & qui ut experiatur præbet medicinam, de qua dubitat, an sit notabiliter nocua. nu. 60.

Qui non persuaderet infirmo cōfessionem, peccat: quod non habet locum quando manifestari est, morbum non esse periculosem. nu. 61. Imò quamuis sit periculosus, si moriet parochum, vel infirni curam gerentes, quia credit, infirmo nociturum si ipse id ei dicat. nu. 62.

Peccat mort. si consulit infirmo illicitum coitum, vel ebrietatem, imò si dicat, non tibi consulo, sed si hoc faceres, sanareris. n. 62.

Præbens prægnanti aliquid ut patiatur aborsum, peccat mort. imò etiam, si præbeat, ut eam à morte reseruet, credens, vel dubitans factum esse animatum. & qui sine iusta causa concedit facultatem non ieiunandi, vel comedendi carnes diebus prohibitis. nu. 62.

Item peccat mort. qui non admonet mortitum indigentem eius admonitione, ut exeat à peccato. Item qui accipit nimium stipendium, & accipiens mediocre, si alias habeat publicum, cum pacto recipiendi nil

N n 4 amplius,

amplius, & tenetur restituere, quamvis vñtro  
sit ei oblatum. nu. 63.

## MENDACIVM.

A Et significatio falsi, vel putati falsi cum intentione fallendi. Et est triplex. Formale tantum, quando dicitur verum putatum falsum. Materiale tantum, quando dicitur falsum putatum verum. Completum, quando dicitur falsum putatum falsum. & rursum dividitur in iocosum, officiosum, & perniciosum. cap. 18. nu. 2. 3.

B Ad essentiam mendacij non requiritur animus fallendi, requiritur tamen ad eius grauitatem. nu. 3.

Mendacium de veniali in confessione, & de mortali legitime confessio, non est peccatum mortale. Si tamen praebeat nullam materiam absolutioni, nisi mendacium veniale, quod non fecit, est mortale. Non tamen est mortale mendacium ex hoc solo, quod sit in iudicio. cap. 21. nu. 37. vnde si ibi sit de re leui, est veniale tantum. cap. 18. nu. 3.

Mendacium in materia fidei, sacrae Scripturæ, vel morum, est mortale, quia de se notabiliter est perniciosum, secus si fiat solum